

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen**

**Case, John**

**Francofurtum, 1597**

**VD16 C 1242**

Cap. V. - An lex talionis vel repaßionis sit toleranda in republica? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

*An lex rationis vel re passioni sit toleranda  
in republica?*

*An nummus & indigentia sit adaequata  
mensura rerum commutandarum?*

**Q** Vanquam Pythagorei olim Quaest. 2.  
minò id ius esse definiebāt, quod  
vicissim quisque pateretur. Etsi Aeacus,  
Minos, Rhadamanthus Iouis filij iudi-  
cesq; inferni (vt poëtae fingunt) id ipsum  
statuebant. Vnde illud,

*Si quae quis faciat, eadem patiatur & ipse,  
Iudicium rectum fuerit, vindicta q; recta.*

Philosophus tamen longè maxima ac  
infinita in cōmoda hinc nascitura in re-  
pub. prospiciens, damnum ac iniuriam  
nullo modo retaliari voluit; idq; confir-  
mat, primò ab exemplo: 2. à circumstan-  
tiji agendi: postremò à consuetudine.  
Ab exemplo, Si quempiam magistratus  
percuferit, huic parem referre gratiam  
magistratui non licet: quod si quis magi-  
stratum violauerit, hic non solùm re fe-  
riendus, sed summo supplicio cōcercen-  
dus est. A circumstantiji agēdi, quia per-  
mul-

multū interest, vtrūm spontē nostra vel inuiti, vtrūm ignorātes an p̄meditati, vtrūm malitiosi an incauti quid faciamus: à quibus circumstātijs omnis iustitiæ & æquitatis promanat vis atq; energia. A cōsuetudine deniq; multarum ciuitatum, quæ gratiarum delubra in media vrbe solebant extruere & consecrare, insinuātes inde, omnia ad iustitiam cum gratia, ad æqualitatē cum fauore, ad sententiam iudicis cum prudētia ac lenitate referri debere. Fauor enim non dentē pro dente, non oculum pro oculo, non vulnus pro vulnere, sed re talionem p̄cæ næ ac p̄mij secundum proportionem rationis tribuit. Fatetur tamē Arist. ciuitatē in eo cōseruari maximē vt par pari referatur: quod si inquit minus cōtingat, seruitus videtur esse. Sed attēde: hoc fieri non debet vt quisque velit, sed vt iudex (qui est moderator legis) faciendū putat. Hoc quidem patet in exēplo textus de commutante iustitia. Sit (inquit) architectus A, sutor B, domus C, calceus D, A, i. architectus indiget sutoris opera. B, i. sutor indiget edificatoris arte & auxilio:

Lex Talionis  
sententia iu-  
dicis æsti-  
manda.

lio: proportione iam æquitatis data in C,  
 & D. i. in domo & calceo ( quæ duo hoc  
 loco pro arte & mutua vtriusq; opera su-  
 mo) nascitur inter architectum & tutorē  
 æqualitas societasque, vt rectè concives  
 dicantur, Sic fit vt ait philosophus in o-  
 mnibns alijs artibus. Nam ex medico &  
 medico nō cōsistit respubl. sed ex medico  
 & agricola; alijsq; imparib⁹ dissimilibus  
 que, quorū studia, contractus & actiones  
 ad æqualitatē iuris ac societatis secūdam  
 proportionē rationis reducuntur. Cere-  
 rium cum multarum rerū commutatio  
 fieri non possit commodè, qualis aliquā  
 do fit grani pro oleo, lanæ pro vino, &c.  
 inuenta est tandem mensura, quæ num-  
 mus seu pecunia dicitur. Hæc, quoniam  
 omnia in commutatione posita meti-  
 tur, rectè medium seu mēsurā rerum cō-  
 mutabilium esse definitur. At animad-  
 uertendū est, quòd duplex à philosopho  
 statuatur rerum contrahendarum men-  
 sura, alia extrema vt pecunia, alia interna  
 vt indigentia: illam Phidon in Egina in-  
 sula primū signasse, hāc ipsa natura o-  
 lim peperisse dicitur. Illa à lege gręcè

*Vt ciuium, ita  
 studiorum in  
 ciuitate vari-  
 etas esse solet.*

*Quæst. 2.*

*Nūmus quid  
 & quorsum  
 inuentus.*

*Vt pecuniæ,  
 sic indigentie  
 origo, fruct⁹,  
 necessitas.*

B b suum

suum nomen & vsum, hæc à natura sibi  
 ortum origenēq; traxit: illa legitimæ &  
 commutantis iustitiæ medium, hæc na-  
 turæ & perpetuæ societatis vinculum in  
 textu appellatur: illa mediū quia omnia  
 commutanda mensurat, hæc vinculum,  
 qui omnia humanæ societatis officia cō-  
 tinet: quippe pecunia æqualitatem rerū,  
 indigentia societatem hominū in com-  
 municatione istius vitæ probat. Est enim  
 pecunia teste philosopho tanquā norma  
 & rēgula, quæ & res aptè ad æquat & ad pa-  
 rilitatē traducit. Est indigētia, quæ quan-  
 ti sit res quælibet cōmutāda definit. Itaq;  
 vt est in textu, debent rerū omnium cer-  
 ta esse precia: sic per indigentia cuiusque  
 necessitas in communiōne hominum,  
 per pecuniam æqualitas in cōmutatio-  
 ne rerum cognoscetur. His positis perspi-  
 cum est iustitiæ seu cōmutantis seu di-  
 stribuentis actionem, medium esse inter  
 agere pati q; iniuriam: quippe modis an-  
 teā explicatis omnia ad legem, ad iudicē,  
 ad æqualitatem (quæ tria mediā sunt)  
 traducere & reuocare conatur.

Pecunia quid.  
 Indigentia  
 quid.

Distin-

*Distinctio prima quaestionis.*

Lex talionis in ciuitate non est to- leranda, propter	{	Inaequalitatem persona- rum, quae sunt aut	}	Publicae, Priuatae.
		Aequitatem legum & iudicum, qui in omni damno, lite & iniuria arbitri cur constituuntur.		Lex talionis toleranda.
		Diuerſitate ac diſſimilitu- dine actionū quarū alię sunt		Inuita, Volūtar
		Periculū ſeditionis, ne liceret cui- bet quodlibet ſub p̄textu æqualitatis.		

*Distinctio ſecunda quaestionis.*

Mensura re- rum duplex est,	{	Naturalis, vt indigentia.	}	Ad æquationē rerum, vt ad pretij æqualitatē traducantur.	Mensura re- rum duplex,
		Ciuilis quæ lege cōſtitui- tur, propter		Communioneſ ho- minum, vt ad ſocieta- tem & amicitiam con- cilientur.	
				Perpetuā commuta- tionē negotiorū, quib, reſpub. conſeruantur.	

**Opp. contra primam quaestionem.**

*Nec plus nec minus debito habere est proprium iu-  
ſtitię, vt antea docetur: ſed hac æqualitas optime ſer-  
uatur in lege talionis: ergo lex talionis eſt toleranda.*

Reſp.

*Nec plus nec minus debito habere eſt propriū iuſti-  
tię, ſed ita, vt ratio iudicis (qui eſt oraculum ciuitatis)*

Bb 2

¶ proa

& proportiorationis) quæ est norma iudicis) postulat  
& prescribit.

Opp.

Si lex rationis non sit iusta, hoc esset propter discrimen & respectu personarum: sed hoc negatur in 4. ca. ergo hæc lex est iusta: Maior est in fronte huius cap. Minor est in principio precedentis. Hic enim ait magistratum esse respiciendum, illic verò aperte negat.

Resp.

Hæc loca facillè reconciliantur si in magistratu iniuriam quam infert, & personam quam gerit consideremus. Vbi enim docet philosophus non dignitatē personarum in commutante iustitia ponderandam esse, sed æqualitatem rerum: Hoc non vult ut si magistratus priuatum percusserit, reuerberetur: sed ut pro iudicis, æqualitate sine respectu personarum damnum innocentis resarciatur.

Opp.

Par pari referri est retaliari: sed hoc in textu requiritur: ergo lex est iusta.

Resp.

Par pari referri est retaliari in proportione rationis non quantitatis.

Opp. contra secundam questionem.

Si indigentia sit mensura, tū qui magis indiget, ma-

iori pretio emeret : sed hoc est absurdum respectu pauperum, quibus omnia propemodum desunt : ergo non est mensura.

Resp.

Indigentia est du-   
 { Communis, qua hoc loco intelligitur,   
 { per quam pondus preciumq; rerum complex.   
 { gnoscitur.   
 { Particularis, & haec non intelligitur.

Opp.

Multa ad ornatum & dignitatem, multa ad delicias & voluptatem coeuntur, quorum indigentia non est mensura: ergo omnium commutabilium mensura non est indigentia.

Resp.

Indigentia   
 considera-   
 tur, aut   
 respectu   
 { Necessitatis, & sic in istis non est mensura.   
 { Decori, & sic est, nam purpura non minus decet principem, quam pannus rudiore filo contextus pauperem.

Opp.

Fuit commutatio ante inuentionem pecunia: ergo vniuersalis & necessaria mensura non est.

Resp.

Fuit sed nec facilis nec fructuosa: non est enim possibilis rerum multarum commutatio sine pecunia.

Opp.

Vnius & eiusdem rei commutabilis secundum ean-

dem rationē manentis vna & eadem debet esse mensura: sed in rebus, quæ in vsum humanum cadunt videmus ex indigentia sapissimè mutari pretium & mensuram: ergo pecunia propriè mensura non est.

Resp.

Verum est in naturali non in legali mensura rerum, qualis est pecunia.

Vtrum omnia commutabilia sint eiusdem generis?

Commuta- bilia cōside- rantur, vel respectu	} Essentia ac proprietatis sua & sic sunt diuersorum generum.	} Iuste commutari pos- sunt, vt oleum, triticum, &c. & sic sunt eiusdem generis.	} Iuste	} Lege ciuitatis nō pos- sunt, est prohibita: verbi causa, vt cōmutatio sacerdotij ad tempus.			
					} Vses huma- ni: horum verò alia	} illorum com- muta- tio.	} Lege natura prohibita qua- lis est cōmu- tatio vxoris.

Opp.

Res animata, vt planta, bellua, homines pluri sunt, quàm omnes diuitia orbis terrarum (teste philosopho 2. Meta.) ergo omnes res commutabiles non possunt pecuniā mensurari.

Resp.

Resp.

In rebus animatis considerantur  
 Essentia, & sic plura est estimanda v-  
 na musca quam res omnes inanimata,  
 propter gradum & excellentiam essentiae  
 vsus humanus, & sic res animata sub  
 mensuram pecuniarum cadunt.

C A P. V I.

An aliquis possit agere iniuriam interim  
 ut non sit iniustus?

An iniuria, damnum, & peccatum sine  
 cause legum?

An Magistratum gerenti liceat sibi consulere?

**N**equicquam in tractatione iustitiae  
 praetermississe videatur philoso-  
 phus, postquam de natura & mensura  
 eiusdem egerit, de quibusdam affectio-  
 nibus, quae in usu & veluti praxi iustitiae  
 cernuntur, agere nunc instituit: ac pri-  
 mum quaerit. An aliquis possit agere ini-  
 iuriam interim ut non sit iniustus? Hanc  
 causam sic tractat, sic discutit, sic definit  
 ut quidam interpretes ( nimis temere  
 sane ) illum a theatro philosophorum  
 explodendum esse opinentur. Verba  
 philosophi ( quibus offenduntur isti )  
 sunt haec. Qui non animi iudicio sed affe-

Quaest. 1.

Ab interpre-  
 tibus suis A-  
 rist. deseritur.